

Disputatio inauguralis ... de paresi, vel paralyti ex colica ... / [Paul Ammann].

Contributors

Ammann, Paul, 1634-1691.
Michaelis, Johann, 1606-1667
Universität Leipzig (1409-1953)

Publication/Creation

Lipsiae : Literis Johannis Baueri, [1660]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/wq6ykgqe>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS,

quam
DEI Clementiâ,
Præscitu, & Indulgentiâ
Gratiosissimæ
Facultatis medicæ,

sub
Præsidio

V I R I

Amplissimi, Excellentiss: Experientiss:

DN. JOHANNIS MICHAELIS,
Phil. & Med. D. Facult. Med. Decan. & Prof.

Therapeut. utriusq; Princip. Collegii Collegiati, Acade-
miæ Decem-viri, atque Archiatri Saxo-
Altenburgici,

Præceptoris, & Promotoris sui etatem venerandi,

DE

P A R E S I,

vel

PARALYSI ex COLICA,

pro impetranda, in arte Medica summos honores, insignia,
ac privilegia Doctoralia petendi,

L I C E N T I A,

publicæ, eruditæque Philiatorum disquisitioni
sistit

M. PAULUS USMANN Vratisl:

Art. Med. Baccal.

In

Acroaterio Medicorum

ad d. 11. Maji. An. 1660.

V I R I S

MAGNIFICIS, STRENUIS, NOBILISS. AMPLISS. CONSULTISS.
DNN.

PRÆSIDI,
CONSULIBUS,
SENATORIBUS,

INCLYTÆ VRATISLAVIENSIVM REIPUBL.

Salutem officiosam, & Regimen salutare animitus precatur
M. Paulus Ammann Med. Baccal.

Honores virtutum esse salaria, ex primis notum est moralium principis. Hac enim ratione animi aliàs δυσμεταχείριστοι, & virtutis semitam horrentes, ni plane respuant doctrinam, mitescere, & mansuescere possunt. Propterea quoq; majores nostri in id incubuerunt, ut ὀρμητήρια certa posteritati relinquerent: quæ inter non postremum occupant locum Honores Academici, quibus illi solent, aut debent, affici, de quorum eruditione & honestate Universitati vel communitati alicui liquido constat. Quod, licet hodierno tempore tam exacte non observetur, Artibus tamen, vel Personis, minimè est imputandum. Nam multa nunc in abusum veniunt, licet parùm rectè, quorum ætas ante nos summam mirata fuit dignitatem. Dignitates hæcæ academicas & ego legitimo modo ambire nuper cœpi, & nunc, bono cum DEo, ambire pedetentim pergo, non quidem, ac si edecumata doctrinâ, vel consummata rerum experientia instructus, putarem, nihil in Medicina superesse, quod mihi discendum restaret, hæc siquidem nemo in ætate & conditione nostra constitutus, de se prædicari patietur, nisi nimium sibi vellet arrogare; sed potius, ut mentis meæ vires non nihil periclitarer, & tandem ad scopum feliciter devenirem. Multi enim ex sympatriotis meis honoratiss. quorum studio meum semper fuit conjunctum, palmam jam dudum hoc in passu mihi præripuerunt, facilè propterea suspicio de vita deliciis academicis irretita in me derivari potuisset, hæc, & alia si intermisisssem. Et quoniam, quod præcipuum, sumtibus vestris in Academia per quinquennium, & quod excurrit, hæcenus maximam partem altus sum, disputationem hanc inauguralè Vobis, debite gratitudinis ergò, sacram facere volui, debui, Accipite idcirco, Patroni Maximi serena, ut soletis, fronte theses hæcæ de Paresi, paucis quidem paginis comprehensas, dignitate tamen materie, aliis minime inferiores, & proporro favore atq; benivolentia constanti vota propositi mei promovete, ut, quemadmodum sub patrocinio vestro studia mea quondam feliciter cœperunt, ita etiam aliquando, Vobis Patronis, felicissimè finiantur. Quod, uti maximo pere, summis tamen, contendo: sic vicissim omnibus animi viribus eò allaboro, quâ ratione Vobis debitam observantiam, & officiorum promptitudinem reapse declarare valeam. Dab. Lips. è Museo meo, d. 11. Maji. Ao. 1660.



IN
NOMINE
SACRO-SANCTÆ
TRINITATIS.

MOrbos sæpè in alios degenerare, & propriam indolem quasi exuere, è pathologorum placitis puto esse notissimum, præsertim cum experientia, & praxis, id quotidie demonstrant, adeò, ut non necesse sit, multa exempla degenerum morborum hac vice in medium proferre. Præstitit hoc singulari tractatu, olim *Excell. Dn. D.* ^{in prælect. publ.} *Johannes Hoppius Leorin. Sil. Prof. hujus loci meritisimus*, quem aliquando, si potes, ipsum vide, ubi non solum, insignem eorum reperies catalogum, verum etiam modum, quo ista degeneratio fieri solet, exactissimè descriptum: Imò ex ipsius artis prognosticæ præceptis, si secundum fundamenta demonstrantur, quemadmodum à *Jocobo Hollerio* factum, non erit difficile ^{in Tr. ad Coac. præ sag. Hipp.} hujus doctrinæ veritatem pandere desiderantibus. Unicum instar omnium, sit *dolor colicus*. hic, pro diversitate dispositionis in subjecto, & Causarum, earumq; operationum, nunc in *Paralysin*, nunc in *Epilepsiam*, *Lethargum*, *Convulsiones*, & alios morbos, vel *Symptomata* abit, ut habet *Ætius*, *Avicenna*, *Scholiograph* in *Holler*, *Trincavell*, *Forestus* & alii. Sepositis aliis, quæ vel ex malè curatâ *colica*, vel etiam interdum ex instituto naturæ, subsequi solent, considerare nunc juvat *Paralysin ex Colica*, vel, ut alio nomine speciali dicitur, *Paresin*, quæ, quantoperè Practicorum intentioni interdum illudat, experiri solent illi, qui eam interdum tractare coguntur. Delineavit ejus naturam aliquomodo *Sympatriota noster*, *D. Joh. Kenl* / sub præsidio *Joh. Hartmanni*, *Chymiatri incomparabilis*, in corollario, quod thesibus medico-chymicis de *Paralysi* annexum reperies. In has cum

forte fortuna inciderē, & hujus materiæ dignitate commoveret, volui, in hac ipsa *Disputatione inaugurali*, quam svasu superiorum, nec forsan ausu temerario, in me suscepi, eam ulterius elaborare, & erudito Philiatorum discursui proponere. Ne autem in molem excrescat ingentem, libet συντόμως totum negotium tribus includere capitibus, quorum, 1. *Essentiam*, 2. *Signa*, 3. *Curationem Pareseos* contineat; persuasum enim mihi habeo, paucis etiam multa comprehendere posse. Ut igitur hoc opus nostrum, nobis cedat feliciter, præprimis S.S. *Triados* imploramus clementiam, velit eadem nobis adesse, ut non solum de morbis disputare, sed etiam aliquando magno cum solamine ægrotantium illos curare possimus: sic laudes ejus, uti pro omnibus, ita in specie pro singulari hoc beneficio, exaltabimus in æternum!

CAPUT. I.

Spigel. l. 4. d. febr. Semiteriana p. 52.

§. I. **R** Artus hic quidem est affectus, quem tractandum suscepimus, & non nisi in *Moravia, Austria, Styria, Carinthia, Pannonia, aliisque Germaniæ locis frigidioribus*, ut etiam apud *Pistones Gallorum*, interdum familiaris, in regionibus calidis, rarissimus, etiam si Romæ, *Pauli Aeginete* tempore, populatim grassaretur pestilenti modo; nihilominus tamen dignissimus est consideratu, non solum ratione suæ *Essentiæ*, sed etiam, ratione *Curationis*. Paucissimi enim *Prædicorum* ex professo de illo egerunt, quia plerique in ea fuerunt opinione, *Paresin* cum *Paralyse* vulgari magnam habere convenientiam, nec ratione *Essentiæ*, discrepare, quod tamen non est, ut infra demonstrabitur.

l. I. c. 27. d. curand morb.

2. *Fuchsius* declaraturus *Paralyseos* præcitè sumptæ, natales, sic incipit: *ῥῥάλυσις καὶ πάρεσις*, latinis dicitur *resolutio*, putatq; hæc vocabula esse *Synonyma*: sed parùm rectè, Nam, quemadmodum in Græcis inter *ῥῥάλυσις* & *πάρεσις* intercedit differentia: ita & inter latina. Illa enim vox dicit *resolutionem*, hæc *remissionem*, ut notum; ita, ut in *paralyse* vulgari nervi reverà resolvantur, in *Paresi* vero, molliores reddantur, præsertim in principio, ut ad motum & sensum fiant inepti.

3. Strictè itaq; sumendo has voces, non erunt *Synonyma*.

ma. Aliud enim longe est resolvi, aliud remitti, nisi & hæc in-
pathologia velimus confundere. Hinc *Pareseos* nomen secun-
dum derivationem, æquè poterit prædicari de *Paralyfi ex Scor-*
buto, vel Utero, atq; de Paralyfi ex Colica. Dico secundum deri-
vationem; aliud enim usus loquendi apud Medicos obtinuit,
quandò in specie resolutioni, vel remissioni partium nervosa-
rum ex Colica, fuit hoc nomen attributum. Dico iterum re-
missioni, nam successivè istiusmodi remissio *κινήσεως* vel ner-
vorum, in consummatam potest abire paralyfin.

4. Dicitur insuper *Paralyfis ex Colica*, cum addito, ad
differentiam scilicet reliquarum specierum, quæ ex morbis præ-*Sid. Probl. 7.*
cedentibus solent oriri. Ubi *Gregorius Horstius* operose quæ-*52. seqq.*
rit, an *Paresis* sit propriè dicta *Paralyfis*? Nos responsionem clario-
rem ex sequentibus & collatione *Pareseos* cum *Paralyfi* vulga-
ri, afferemus, hoc saltem h. l. monituri, quod ex se vox hæc, hoc
non denotet, nisi usum attendamus Medicorum, vel etiam ul-
teriore degenerationem in perfectas partium resolutiones.
Nam fieri omnino potest, ut, pro copia materiæ peccantis, & na-
turæ robore, *colici dolores*, in principio solum inferant langvo-
rem, vel debilitatem partium nervosarum, deinceps verò etiam,
ni statim succurratur, veram etiam *Paralyfin*, quam, si quis nolit
dicere legitimam, quia non ab initio occupavit principium ner-
vorum, illi liberum & solutum sit; putamus enim parùm hac ra-
tione sententiæ nostræ decedere.

5. Ex his liquet, quòd conclusio *Horstii*, ut & *Spigeli*,
sit limitatè accipienda quando ajunt: *Paresin* solum *κίνησεως*
κῶς vocari *Paralyfin*, tum demum scilicet, quando vim vocis atten-
dimus, quatenus verò in consummatam abire potest, & abire
etiam, *Paralyfin*, omnino propriè ita vocari autumo, licet vis a-
liqua inferatur voculæ, & plus tribuatur, quam importat. Pro-
indè distinguerem inter *Paresin* & *Paralyfin ex Colica*, non, ac si
cognoscerem differentiam specificam, sed solum accidenta-
lem, pro diversitate causarum, earumq; intensione vel remis-
sione, &, ut hæc loquendi ambiguitates tollerentur: hujus di-
stinctionis vestigium etiam apud *Cratonem* reperies.

6. Reperti etiam sunt, qui *Paresin* ad *Arthritidem* re-

tulerunt, ut & ad *Contracturas*: verū enim verò minus accuratè, Longè utiq; alia differentia est inter *Paresin* & *Arthritidē*. Hoc tamen concedimus, posse eandem *Paresin* degenerare in *Arthritidem*. Idem iudicium sit de *contracturis*. Plura qui desiderat de *nominalibus*, adeat Philologos: nobis hæc intereà sufficiant.

7. Patet nunc ex dictis, quid respondendum ad quæstionem, quam omnes ferè proponunt, *an Paresis natura veteribus fuerit cognita?* & utique, ut videre est ex *Aegineta*, & aliis. Sed, an ejus essentiam rectissimè indagaverint, de hoc solet dubitari, quandoquidem, ne hodiè quidem de illa liquidò constat. Recentiores enim aliam longe opinionem de illa fovent, ut dehinc habebimus.

8. Absolutis *nominalibus*, ad *realia* nobis deveniendum, ubi præliminaris hæc quæstio statim resolvenda incidit, *an Paralysis ex colica, sit eadem, cum veterum, cujus hinc inde inscriptis facta mentio?* ubi notandum, responsionem accuratam mox reponi non posse, nisi prius instituaturs comparatio inter *Paresin* & *Paralysin*, ut videamus, utrū in essentia, & reliquis circumstantiis conveniant, nec ne.

9. In communi definiunt *Paralysin* ita: *Est abolitio motus voluntarii in partibus, salvis actionibus principalibus ob defectum spirituum animalium, vitio nervorum potissimum orta:* ubi adderem hæc verba: *vel nervorum principio*, aliàs excluderetur *Paralysis universalis*, & *ἡ ἀπληγία*.

10. In hac definitione duo potissimum sunt controversa, *pars affecta*, & *causa immediata*, vel *proxima*. Prius quod spectat, quadantenus ex definitione allata decidi posset, quando dicitur, *vitio nervorum* hoc Symptoma oriri, & ità facilè tolleretur hæc controversia, præsertim si ageretur de *Paralysi* particulari, ubi, si quis ex fundamentis anatomicis novit infertionem nervi in musculos, qui partē resolutam movere debent, ille quoque de loco affecto non poterit esse incertus: hoc autem tam facile semper non est. Nam, qui *Μυολογίαν*, vel *Μυοτομίαν* non intelligit, hæc quoque intacta relinquet. Intereà avidum discendi animum remitto ad *Paralipomena Sennerti*.

11. In *universali*, & *ἡ ἀπληγία* dicunt, interdum esse vel

se vel ipsum *cerebrum*, ejusmodi pathemate affectum, vel *Spinalē medullam*, secundum alterutrum, vel utrumq; latus. Hic *Leonhardus Jacchinus* in dubium vocare videtur, bifidum *in. 9. Rhaf.* medullæ discrimen, & propterea *Avicennæ* rationes, quibus *c. d. Paral.* *ἡ ἀπὸ ληγιάς* locum affectum probare voluit, vehementer castigat. Sed facit hoc citra rationem, & *ἀποψίας* consensum. Siquidem, ut ipsum cerebrum, beneficiō meningum distinguitur in partem dextram & sinistram, sic non improbable quoq; est, medullam ita dividi, quod in medulla bovis leviter cocta, statim apparet. Interim non excludimus hic naturæ providentiam, quæ, quantum possibile, utrumq; latus non solet aggravare, si scil. penes ipsam est imperium. quæ posteriora *Helmontius*, ratione causæ, judicat impossibilia, ut scil. pituita viscida, alterutrum solum latus occupet, & non utrumq;. Sed, hæc vix spectant hęc. propterea videatur ipse. *d. lithias. c. 9. p. 727.*

12. Dixi in §. 10. vitio nervorum oriri *Paralysin*, sive considerentur secundum similem, sive secundum organicam constitutionem, & sic *Paralyseos* pars affecta, erit, vel *principium nervorum*, vel *nervi*.

13. Altera lis movetur de causa inter pathologos, an nuda intemperies phlegmatica, nervos obstruens (quam obstructionem negat *Platerus*), an etiam vis narcotica, qua humores in corpore nostro imbuti sunt, ad hujus generationem concurrat, ut *Platerus*, & *Faber*, contendunt, rationibus non contēnendis, quicquid sit hujus rei, certum est tamen, *Paralysin* à rebus peculiariter nervis infestis, oriri, sive sit intemperies simplex, vel aliis qualitatibus prædita, quod pro hic & nunc non disputabimus.

14. Salvæ sunt omnes principes actiones, imò nec animales semper omnes abolentur, quandoquidem sensus ut plurimum in *Paralysi* est illæsus, addo *ut plurimum*, quia interdum simul aboletur, quod, cur fiat, vide in *Instit. Helmontius* hic non agnoscit discrimen inter *nervum sensorium* & *motorium*, *loc. allegat.* contra communem in Scholis opinionem. Rationes ejus adducere non placet, ut vitemus ambages.

15. Insuper *Paralysis* vulgaris absq; omni contingit dolore, ut unanimis testatur *Practicorum Consensus*. Ipsa enim

enim membra absq; molestia patientis possunt tractari, moverique, pro lubitu ab adstantibus. Nam causa, sive intemperiem simplicem, si conjunctam, agnoscamus, omnis acrimoniae, & stimuli solet esse expers.

16. Possemus ex his, responsionis loco, ad superiorem quaestionem §. 8. propositam, statim concludere: *Paresin non esse eandem cum Paralyti vulgari*; rationes in praecedentibus thesibus, respectu *Partis affectae, Causarum, & Symptomatum* dictae sunt: sed quia *essentia* ejus nondum est detecta, propterea fini hujus capituli hoc reservabimus.

17. Comparatione sic instituta, non incommodè ipsius *Pareseos* evolvemus naturam. Optimè verò ea, opinor, patefcet ex *consideratione causarum, subjecti, vel partis affectae, & Symptomatum concomitantium*, ut hac ratione etiam in curatione non hallucinemur.

18. Dependet autem *Pareseos* causa proxima, ab illa materia, quae *dolorem colicum* primo parit intra cavitatem, vel potius, tunicas intestini Coli. quænam ista sit, *Dogmatici* pariter atq; *Spagyrici* non levibus rationibus inter se decertant. Illi varias adducunt occasionales, ut *humores viscidos, biliosos, serosos, flatu, vermes, duritiem fecum, inflammationes &c.* quæ omnia acrimoniam peculiarem acquirendo, vel etiam propriâ virtute, tandem solvunt continuum, & ita dolorem istum exquisitissimum in partibus his nervosis producant, qui pertinacior solet esse, prout, vel partem, vel totius Coli peripheriam occupat, prout etiam causa in continui solutione reliquis est potentior.

19. Has præsupponunt *Dogmatici* in generatione *Colicae* causas, & ita per consequens si non omnes, tamen quasdam origini *Pareseos* dedicant. quas inter sunt *viscidi humores*, secundum nonnullos, prius tamen aliquomodo attenuati & resoluti, *serosi* item, & *ichorosi, biliosi*, ut probabilius statuitur, quorum qualitas ad penetrationem extremorum magis est apta, & accomodata.

20. Nunc solliciti erimus, quid *Hermeticorum* chorus hac in parte ex penitralibus naturæ, afferat. Hi sanè, ut notum est, longe aliter sentiunt de *dolore, motu, & sensu*. Et *dolorem* quod attinet, illum non produci ajunt immediatè a *Solutione*

lutione continui, vel alteratione qualitatū primarum sensibili, ut pluribus videri potest ex Helmontio & Fabro. Ponunt itaq; primum sensibile, Spiritum vitæ, vel animam sensitivam, quæ si occasionaliter ab objectorum affectione lædatur, mox, pro vehementia objecti in furorem adsurgit, vel, ut cum Hipp. loquamur, impetum facit, & ita displicentiam objecti exprimit juxta injuriæ perceptæ differentias partibus illatæ. Adeoq; tria in quovis dolore occurrunt. 1. Injuria movens. 2. Anima sensitiva, judicium ferens de dolore 3. Spiritus excandescens. quod quidem in vulnere, contusione, ambustione, quatenus à causis externis dependent, prorsus est obvium. Simul ac autem, vel à prædicta externorū impressione, vel propria intus exorbitatione, motrices causæ dolorum applicatæ sunt, fit inde Spiritus sensitivus, totus acer, corrodens, mordax, & degener, tum scilicet anima sensitiva nedum judicium simplex de dolore fert, dolendo, sed intuper ipsa in se tota conturbata de se novum parit productum dolorificum, ut Helmontius alicubi loquitur, non secus, ac si illud à causa externa occasionali prodiret.

21. Hæc est *Hermeticorum mens de dolore* in genere, quæ licet primo intuitu paradoxa videatur, diligenter tamen omnibus pensitatis, veritatem subesse, oppidò conspicietur. Ut itaq; hæc omnia in specie ad *dolorem colicum* applicemus, jam erit dispiciendum.

22. Rejicit Helmontius cum reliquis humores, negatque, ut notum, illos esse *immediatas morborum causas*, & sic neq; per consequens in *dolore colico* excitando, obtinebunt: propterea ad *acida & pontica excrementa, vel Sales acidos, sub stercoratione*, ut ait, *indolem suam exercentes* confugit. Hæc scilicet, vel excrementa, sive in alimentis latitent originaliter, sive aliàs occasionaliter accedant, quotiescunque à fermento bilis non subiguntur, toties dolorum horum parentes fiunt, quatenus pungunt intestina, & in iis animam sensitivam. Sunt enim causæ occasionales, ut *Archæus* intestinorum in motum furoris efferatur, qui deinde in adjutorium convocat *Pylorū*, tanquam Janitorem potestativum, cujus furore conjuncto, tanta oriuntur symptomata, quæ inter etiam est *Paresis*.

23. *Pylori* enim usum, quem veteres illi attribuerunt,

B

longe

Scholar. hu-
morist. passiv.
decept.

longe constituit alium, & nobiliorem, nimirum: judicat illum, variâ munitus Experienciâ, esse *præfectum primæ digestionis, præsidem Oeconomie abdominis, Clavem digestionis, & Cardinem in quo omnis hominum sanitas & infirmitas versatur.* Prout hic magis vel minus est pertinax in Clausura, vel apertione, vel prout magis ad iram concitatur, à causis sive internis, sive externis tunc etiâ majores vel minores producuntur affectus. Gaudet siquidem peculiari motu, ut probat, nec se constringit per modû sphincteris. Omnes enim sphincteres in mortuis, præsertim quos violenta mors rapuit, resoluti videntur, *Pylori* tamen clausura etiam in mortuis conspicua. Et quia insuper in Oeconomia stomachica fel quoq; perficitur, exquisitissimus inter *Pylorû* & vesiculam fellis debet esse consensus, sin. fecus; indignatio *archai in Pyloro*, statim suboritur.

Jur. Duum-
erat p. 243.

24. Eundem in modum ait *Helmontius*, generari *dolorem colicum*, & per consequens, etiam *Paresin*. Verba ejus hæc sunt: *Observavi atrocissimos dolores colicos, ex indignatione Pylori, transisse nunc in Paralyfin, aliàs v. contracturâ manuum, pedû, brachiorum, quando scilicet materia peccans affectat genus nervosum, per suum Blas furiosum, illius tonum destruendo.* Aliàs quidem rejicit causam proximam *Colicæ in flatu*, & pro diversitate qualitatum in illis, etiam diversos dolorum gradus deducit. Dùm

d. Flatib p. m.
344.

ait: *Massa in stomacho male digesta descendens per intestinum, flatu generat acutos, si acor intensus fuerit, inde tormina, si verò aliquid ejus mucosum intestino adhæserit, tormina pertinaciora fiunt, concomitante subinde diarrhœâ, & tantò atrociora, quò aciditas pontica magis fuerit.* Ex flatu enim pontico, colica exigua & fluxilis, ex Cibis verò pertinacior longe, & loco mutat, migratq;: sin verò ex mucilagine pontica adherente & fixa, crudelissimè affligit, & convellit. Sed nota: quod de generatione flatuum longe aliter sentiat, ac aliàs in communi fieri solet.

25. Ita statuunt *Dogmatici & Hermetici* de colici doloris productione, & hujus causis. Causæ hæc præbent originem *Paresi*. Hic maxima ambiguitas oritur inter autores, de tribus: 1. *quo motu causa doloris colici ad extrema artuum pellatur?* 2. *an omnes causæ supra enumeratæ, vel nonnullæ tantum, ad productionem Pareseos aptæ sint?* 3. *per quas vias materia transponatur?* de singulis breviter.

26. Quoad.

26. Quoad prius, notum est, quod natura in morbis acutis duobus se potissimum modis a causa morbifica soleat liberare, vel ἐκκρίσει, vel μετασάσει. Prior modus hic non attenditur, sed, ut cuilibet constat, solum posterior, dum natura materiam ab interioribus ad extrema solet propellere. Fit autem hæc transpositio, vel in principio, vel statu morbi: vel cum, vel sine levamine patientis, vel ad loca æque nobilia ac propinqua, vel contrà. Hinc ad. 1. ita respondemus, materiam Pareseos, interdum symptomaticè, interdum criticè transponi. Medicus idcirco prudens, secundum circumstantias varias, jam enumeratas, etiam hoc problema verificatum deprehendet, & pro ut malæ vel bonæ Criseos indicia adsunt, diversum motum in ista μετασάσει exinde concludet, item: Criseos bonitatem in hac μετασάσει simpliciter, & semper abesse, ut quidam volunt, non tam facile adseret.

27. Alterum etiam meretur evolvi. Non enim omnes causæ aptæ sunt ad istam translationem, ut vermes (de quibus tamen recentiores non dubitant) Calculi, &c; sed solum quæstio est de humoribus; ubi dico: quosdam esse ineptos. Ad do quosdam, nam de biliosorum & serosorum aptitudine, nullus dubitabit. Tantum quæritur de viscido & pituitoso humore, utrum ille ex intestinis ad artus possit deferri? qui qualitates, sive naturales, sive adventitias, hujus humoris considerat, statim videbit, hujus rei nullam subesse vel possibilitatem, vel facilitatem, præsertim si de illo intelligatur. qui actu inest intestinis, Natura enim longè facilius per vias, & meatus consuetos ejusmodi excrementa potest evacuare, deindè quis crederet hunc humorem tunicas & ligamenta intestinorum ad interiora spinæ penetrare, indè ad superiorem ejus partem adscendere, tandemq; ad extremitates artuum pervenire posse? Si dicis, humores pituitosos à calore attenuari, qui medicamentis carminativis inest, vel etiam, semper aliquid serosi, vel biliosi admisceri, & hæc omnia nihil concludere: si enim præcesit attenatio, cur non potius per inferiora, cur non citra dolorem evacuantur?

28. Eleganter hæc perstringit *Helmontius*, quando apoplexias & Pareseos causam evolvit, his verbis: *In acerrimis* ^{d. Lithias. c. 9.}
tormini- ^{p. 726.}

torminibus cum integritate functionum mentalium, imò & absq; dolore capitis, contrahuntur artus, qui mox deinde Paralytici feruntur. An ergò ventris dolor oppilat spinalis medulla initium sine apoplexia? sic nimirum, ut sæpè ambæ manus atq; pedes resolvantur atq; motu priventur? ergone jam utroq; latere oppillatus est à pituita quartus cerebri ventriculus? cur soli artus orbantur motu, atq; sensu, non item organa intermedia, eodẽ itinere, medio, atq; interstitio motuum suum, sensumq; mendicantia? quæ est enim cognatio intestinorum cum illo sinu cerebri? quisve consensus hujus ventriculi cum artibus externis, ut hi pœnam aliunde promeritam luant?

29. Concludimus proindẽ, pituitosos humores, ut sic, & in intestinis contentos, non aptos esse ad *παραλύσιν*, & Pareses productionem, nisi aliter explicetur, ut ab illis fit, qui dicunt, pituitam ex capite per nervos ire ad artuum extrema.

30. Dixi supra, de biliosis & serosis humoribus nullum superesse dubium in generatione Pareses, quod nunc pluribus confirmandum. Apti enim sunt ad hanc *παραλύσιν*, deinde etiam, si horum intueamur qualitates plerumq; adventitias, peculiariter infestare solent genus nervosum, præsertim si qualitati quantitas accedat. Bilis an omnis acris sit, hic non disputo, nec probabile, semper ratione acridinis provenire Paresin, potest etiam in biliosis & ichorosis latere narcotica potentia; deindẽ hoc etiam non omittendum, bilem interdum sero perfandi, & quasi obrundi, hinc pro diversitate prævalentiæ alterutrius humoris, diversa quoq; in Paresi sunt conspicua symptomata, ipsaque Paresis evadit vehementior.

31. Tertium adhuc super est, per quas vias natura soleat hanc *παραλύσιν* moliri. Variæ hic occurrunt opiniones, partim ex antiquis, partim etiam ex recentioribus, quas sigillatim nunc lustrabimus.

l. i. c. 7. d. pl.

Hipp. & Plat.

Galenus citat,

quoniam ab aliis jam refutatum, & experientiæ non congruit;

multò minus hic reassumam sententiam Reusneri, statuentis,

nervos esse nihil aliud, quam venarum & arteriarum extremi-

tates. Vide illum refutatum ab Horstio.

33. Non pauci *παραλύσιν* viam rejiciunt in corpo-

ris.

in Probl. p. 52.

& d. natura

humana l. i.

Ex. 5. q. 4.

ris nostri ζύμνοισιν καὶ ζύρροισιν, & adducunt exempla, quod interdum natura præsertim robusta, per occultos, & nobis incognitos meatus, soleat transponere materiã. Sic in fractura calcis, ut habet Hippocr. fiunt febres singultuosæ, & convulsivæ; sic ^{lib. d. fracturæ} febris materia in venis contenta, sæpè in nervos demigrat, ut testatur *idem*: Harum, & aliarum mutationum ^{in Coac. prænot.} nemò apodicticam dare potest rationem, & tamen revera in corpore nostro contingunt. Pari modo interdum natura inuitatis & quasi miraculosis utitur viis e.g. qn. aquas hydropicorum evacuat per umbilicum, pus Empyicorum per urinã, serum etiam in cavitate abdominis collectum (ut *Ampliss. Dn D. Michaelis*, in viro quodam adhuc vivente, observavit) per vias urinarias. Verum quod attinet has observationes, illas autoritate sua non privamus, sed potius miraculi loco in medicina habemus, quod, quamvis etiam in hac *μετάστασι* locum habere posset, an autem, si fit, hoc semper fiat, meritò dubitamus, quandoquidem de viis aliis certiores esse possumus.

34. *Andreas Laurentius*, ut thesin suam stabiliat, vias ^{p. 287.} in hac *μετάστασι* partim esse *insensibiles*, quemadmodum in exemplis jam demonstratum; partim *sensibiles*, addit, non esse impossibile, ex venis in intestina humorum decubitus fieri, & ab intestinis humores crudos sed attenuatos, in nervos rapi; nixus procul dubio fundamento, quod habet antiquissimus *Abobaly Abenzoar*, dum dixit: *è Colo materiam ceu per Crisin ad nervos trudi.* verum quoniam solum loquitur de possibilitate, & hoc nervorum officio è diametro contrarium, hunc quoque deferimus.

35. *Epiphanius Ferdinandus* metamorphoseos hujus, ^{histor. 35. p.} ut loquitur, veram esse probat existentiam, & licet concedat, ^{109.} naturam interdum admirandas sibi præparare vias, hic tamen *Laurentii* opinionem rejicit. Propria hæc est: *A nervis sextæ conjugationis materia communicatur Cerebro, nucha, & tandem spinali medulle*, addit autem in fine: si quis hanc reprobare velit, cum *Gentile d. Florentia*, dicere posset, Peritonæi beneficio partibus spinæ adjacentibus, & præsertim vertebris, usq; ad Cerebrum, materiam transmitti; sed neque hæc omni ex parte satisfacit, quia non parùm differt a *Laurentii* mente,

36. *Caspar Hoffmannus* peculiarem longè fovet, scilicet materiam *Pareseos* non in intestinis contineri, sed in capite. Nam quia humores crassi & multi sunt, & à natura semel expelli non possunt, paulatim & secundum partes ex propioribus venis affluunt, & paroxysmos faciunt. Ubi verò jam maxima pars in intestina effusa, per alvum excreta, & per paroxysmos absumta est, ut jam micescere colica videatur, tunc reliqui, qui adhuc in capite sunt, propter dolores, vigiliis, & medicamenta calida attenuati, relictà consuetà viâ, ad propiorem declinant, & secundum nervos ad musculos, & sic ad manus, & pedes contendunt. Propterea etiam dicit, non quamvis *Colicam* abire in *Paresin*, sed solum illam, quæ dependet à continuo affluxu pituitosi humoris. Quam sententiam, ut non rejicimus; ita nec approbamus simpliciter, certis de causis, quia melior forsitan interea emergere potuit.

in miscellan.
observat a-
nat. & chi-
rurg.

37. *Volcherus Coiter* accusat ventriculos Cerebri, in quibus aqua tenuis & limpida subindè colligitur, qua spina dorsii paulatim irrigatur, usque dum perveniat ad extrema. Ubi notandum: licet hoc non sit impossibile, vel absolum, non tamen in omni *Paresi* (nec tunc ita nominanda esset) spina dorsii solet esse ab initio affecta, ut *Practici* observant. *Coitero* in quibusdam non absimilis est *Erastus*, qui itidem negat, humores, *Pareseos* parentes, in intestinis colligi, additque ex venis ad artus devenire, quas autem venas intelligat, an meseraicas, vel alias, non apposuit expressè. meseraicas cum non voluisse,

Instit. p. 439 ex quibusdam verbis *Cl. Sennerti* patet.

38. Industria recentiorum, quam cottidie in *Anatomia* adhibent, alias nobis, & magis à natura electas, monstrant vias. Quos inter præ reliquis est *Adrianus Spigelius*, qui hanc controversiam ex professo dirimere conatur. Verba ejus, ubi de lumbaribus arteriis loquitur, hæc sunt: Atque hæc sunt arteriæ, quas si observemus, multarum rerum, de quibus gravissimè disputatum est hæctenus inter medicos, facillimo negotio rationes reddemus, & in primis difficillimæ illius questionis, quæ inter Medicos agitata est, per quas vias, & quomodo dolores colici in *Paralysin* terminentur? Sciendum a. ex Colo humorem morbificum per mesentericas arterias regressum, referri oppido in magnæ arteriæ truncum, ex

quo

quo deinde ad lumbares pervenit, quæ turgescentes sanguine vicinos comprimunt nervos, unde Paralysis Crurum &c.

39. Quæ via licet sit magis conspicua reliquis, quas ex veteribus adduximus, nondum tamen est expedita, ut mihi videtur, quicquid alii sentiant, quorum iudicium non reprehendo, multo minus Cl. Spigelii gloriam elevo. Nam r. hoc contravenire videtur, stante Sanguinis circulatione, arteriarum officio ordinario; & licet concedam compressionem, tamen stuporem potius, quam Paresin excitaret. Excipit quidem allegatus autor Paresin esse imperfectam Paralytin: quicquid tamen sit, manet nihilominus evidentissimum discrimen inter stuporem, & Paralytin, etiam improprie sic dictam.

40. In lib, 4. d. Semitertiana magis adhuc mentem p. m. 52. suam explicasse videtur, dum addit, materiam peccantem ex intestinis ad nervos repente transferri, modum verò se ex professo demonstraturum conatur, in epistolis anatomicis, quæ non adjunctæ sunt operi anatomico, quod D. Daniel Bucretius Vratisl. edidit venetiis, sed studio Liberalis Cremae Tarvisini, juxta quosdam, seorsim editæ putantur, Antonius verò Lindanus in præfatione prædicti operis, negat, illas unquam vidisse lucem publicam, ob id de mente Spigelii ad eò certi esse nequimus, ob injuriam temporis.

41. Corrigit hunc Nathanael Highmorus, qui suas hypotheses circulationi, ut ait, superstruxit. Ratio contra Spigelii hæc est: quia hic refluxus per arterias motu quodam sanguinis cursui in illis contrario, omnino impossibilis videtur, ^{254.} quomodo n. humores sponte contra impetum sanguinis violento cordis impulsu transmissi, contraniti possint, rationi consentaneum non est. Nihil enim illos fortiori impetu attrahit, cum naturæ prorsus sint inimici, nec impellit, cum motus illorū per intestina, & per sedes evacuatio, non minus levaminis attulerit, quàm translatio hæc inordinata, & non naturalis.

42. Proinde propriam subjungit, statuendo: quod humores, non qui actu intestinis insunt, sed qui per arteriam mesentericam inferiorem ad Colicæ continuationem jam influxuri erant, in arterias lumbares cum sanguine ad spinam tendente, impellan-

tur, quo facto, postmodum compressio nervorum, & consequenter Paralysis Crurum producitur.

Barthol. p.
447.

43. Sed eadem recurrit difficultas, stuporem potius, quam Paralyfin h. m. oriri. Videtur etiam falsæ hypothefi inniti, ac si, duæ arteriæ ex lumbaribus comitarentur 2. venas ad cerebrum, ut veteribus visum. Accedit, quod sic solùm demonstratur Paresis crurum, quid autem de brachii, manuû, vel aliarum partium? per quas vias hæc materia? tertio repugnare videtur circulationi, nihil enim per arterias seu majores, seu minores refluit, nisi autor allegatus negare vellet circulationem in mesenterio, quod tamen non arbitror. Non video itaque, quomodo hæc cum circulatione conveniant, nisi aliquis velit statuere, naturam hic naturalem evacuandi legem transgredi, & arterias contrario motu aggravare. Sed hoc ipso sibi metipse contrariatur, quia hac ratione prius oppugnabat Spiegelium.

Institut p.
439.

44. Propius accessisse videtur Cl. Senn: qui statuit materiã Paresios è meseraicis atq; intestinorû venis regurgitare in Cavam, atq; hinc ad musculos à natura detru-di. Huic si tam accuratè, uti nunc, nota fuisset Circulatio sanguinis, melius utiq; mentè suam potuisset explicare. Nimirum, non immediate ab ipsis venis (quia falsa subest hypothefis; ac si alimentû per venas distribueretur) sed mediantibus arteriis privatis hæc vitiosa materia quæ simul alimento commista est, naturâ sic disponente, dum partes ignobiles ut plurimum sic aggravat, ad artuum extrema pervenit. Nam simulac provida mater persentit, partibus alimentum per arterias allatum, non esse accommodum, illud vel ibidem relinquit, vel ulterius circulando, peculiari intentione ad artus ablegat, unde etiam intervalla hujus Paresios observari solent interdum: ideoq; per arterias affluit potius, quam refluit peccans materia.

45. Sic putarem vias esse explicandas in hac μεταστροφή, cui, ut dixi, motus sanguinis magnum affundit lumen, quem tamen hic examinare, non patitur ratio instituti, ideo potius præsupponimus. Si cui melior occurrit hac de re cogitatio, nobis ut pandat in discursu, amicè rogamus. Hæc enim omnia dicta sint, salvo aliorum iudicio.

46. Una-

46. Unanimis nunc est assertio, materiam hanc delabi ad musculos & ibi generare *Paresin*. Musculus quid sit, & quomodo ab *Anatomicis* dividatur, puto esse notissimum ex institutis. Hinc certum est, materiam istam, prout copiosa, vel peculiariter qualificata est, primo *tendines*, & partes fibrosas, postea quoque ipsam carnem musculosam aggredi, laxando præprimis tonum tendinum, & solvendo paulatim eorum temperiem; interdum etiam hoc excrementum sit dolorificum, quoties sal, aliquod acre, & corrodens in se continet, quo partes prædictæ vellicantur.

47. Objiciat quis: cur semper, & præcise Musculos, vel artuum extrema petat hæc materia? cur non alias etiam partes aggrediatur? R. 1. quod natura sibi relicta, semper expellat humores peccantes ad partes remotissimas, id quod, ex altera parte colligitur, dum ægri imbecilliores, instanti tali mutatione, plerumq; pereunt, antequam talis *μετάστασις* perfectè fiat; materiâ scil. partes principes subeunte. 2. subest hic proprietas materiæ peculiaris, quæ nervosis & membranosis partibus præ reliquis est infensa. Sic videmus cancrum citius faciem, & mammillas occupare, quàm alias humani corporis partes, sic strumosa resolutiones ad collum potius, quàm alibi, efflorescunt.

48. His omnibus præsuppositis, nunc plenariè respondendum ad quæstionem supra §. 8. propositam, an scil: *πάρεσις* à veterum *Paralysi* differat? & videbitur quod sic: Nam intercedit differentia. 1. *ratione originis* siquidem in *Paralysi* plerumq; spinalis medulla, male se habens, causam fovet, & huic symptomati originem præbet; at in *Paresi* intestina se male habent. 2. *partis affectæ*: in *Paralysi* nervus ipse, musculo qui partem movere debet, insertus, insigniter læditur; in *Paresi* verò partes nervosæ, & musculosæ p. n. afficiuntur. 3. *ratione causæ*: *Paresis* ut plurimum ab humore tenui, licet quadante nus crudo, ortum trahit, non replente vel obstruente nervos, sed, ut *Horstius* loquitur, nervosas vel fibrosas partes debiles, & vid. *Probl. effætas*, imò ob peculiarem qualitatem, ad motum ineptas redp. 52. dente. Vulgaris autem *Paralysi* sæpissimè ab obstructione oritur, si præsertim præsupponit causam internam, adeoq; in

Paralysi spiritus ad nervos non fluit, in *Paresi*, ob præsentiam aliorum humorum, non admittitur in musculos, ut idem egregiè distingvit. 4. *Ratione Symptomatum.* *Paresis* sæpius indiscriminatim sensum tollit & motum, imò non rarò cum ista resolutione infert dolorem, quæ in *Paralysi* vulgari, præsertim quod dolorem concernit, non eveniunt. Sensus enim ut plurimum supereft. 5. *Ratione durationis.* *Paresis*, si ritè tractetur, & crisis perfecta prægressa, citò tollitur. *Paralysis* non item. dico 1. *si recte tractetur*: plurimi enim ejus naturam ignorant, & doctissimi alioquin Viri, mirum quantum turpiter se dant, antequam indoli ejus advescunt, imò non rarò in deterius præcipitant ægros, ut habet *Jordanus*. 2. *Si crisis sit perfecta*, sin secus: prorogatur etiam ad biennii spatium, ut observavit *Epiphanius Ferdinandus*.

p. 51. *descript.*
Luis moras.
• *histor.* 35.

49. Potest ex prædictis ita definiri: *Paresis est resolutio (in principio solum remissio quedam, vel principium resolutionis) partium extremarum facta ab humore tenui, bilioso, seroso, ichoroso, qui ex colica à natura transpositus, peculiari virtute muscularis & nervoso generi infestus, in qua modo motus, modo sensus tollitur, interdum etiam dolor infertur.* Quam, sive secundum dogmaticorum, sive *Hermeticorum* fundamenta examines puto esse clarissimam.

• *Lichias* c. 9.
p. 724.

50. *Helmontius*, ut constat, definit *Paralysin* per *partium sensitivam contracturam*, à terrore causatam, sic consequenter etiam *Paresin*: Nam simulac partes sensitivæ alieno ac devio spiritu irrorantur, qui noxias secum habet qualitates, defubitò terror oritur, in cerebro, & medulla, quo facto, contractio, & sic *Paresis*, subsequitur.

51. Licet autem in definitione allata humoris particula possit esse *Hermeticis* suspecta, constat tamen, quomodo à nobis accipiatur, scil: pro vehiculò causæ morbificæ. Et ipsi sæpè, ut *Faber*, & alii, humorum, & excrementorum in scriptis suis solent esse memores. Et hæc sufficiant de *Essentia Pareseos*.

CAPUT. II.

1. Signis *diagnosticis* hinc non est opus, siquidem sensibus istiusmodi Symptoma abundater subjacet, quando scil: *in factò*

in facto est. In fieri verò, ejus consideratio difficilis est. Præprimis v. solent patientes imminente hac *παράσσει* de adscendente quadam aurâ frigida iis in locis conqueri, ubi positus est vasorum majorum; Urinæ insuper statim tinguntur admodum, & subnigræ apparent, ob materiæ in venis admistionem. Flura vix occurrunt, ipsaq; vitalis facultas sensibilibus hoc in passu vix alteratur, nisi causâ isthæc peculiariter corrupta sit, & vires simul consumat, tunc ea potius erudito Medici *σοχασμῶ* relinquenda. Cætera signa *diagnostica*, quæ in *paralyfi* solent notari, hic etiam non sunt infrequentia, videlicet, conqueruntur de impotentia movendi, ambulandi, sentiendi, imò etiam dolorifica interdum adest sensatio, quæ, & alia omnia ad cognitionem *Paresios* multa faciunt.

2. *Distinctiva* facilius etiam sunt momenti. Nam 1. ab *Apoplexia*, *Epilepsia*, quomodo differat notū, quatenus sc: superiores facultates in paresi semper sunt salva 2. a *Paralyfi* vulgari, dictum est supra. 3. *Convulsione*, quatenus in principio nulla adest retractio musculi versus suum principium cum rigore; addo *in principio*: nam non rarò solet evenire, ut hac ipsa *Paresi* via sternatur *convulsioni*, vel motibus *convulsivis*, prout causa illam excitans, comparata est. 4. ab *Arthritide* & *contractura communi*, quia in *Arthritide* communi dolor est de formaliratione, nullaq; insignis ad motum ineptitudo; in *Contractura* nervi quasi indurati, & breviores facti, absq; dolore, qui tamen de facili supervenit, si præsertim causâ sit vehemens: In *Paresi* verò contingit sæpe dolor cum remissione vel resolutione partis, neque, ut in *Contractura* vulgari nervi indurati vel quasi decurtati sunt. 5. à *Scorbuto* accuratè hic distinguenda *Paresis*. hoc fit, quando signa *Scorbuti diagnostica* sedulo attendimus, vel *scorbuti* præsentiam respicimus.

3. *Causarum differentias* hic apponere, judicamus superfluum, cum jam in definitione dictum, qualis intelligatur, & ipsum etiam Symptoma satis restrictum sit, quatenus *Paresis*, vel *Paralyfis ex Colica* denominatur.

4. *Prognosis*, quomodo de hoc symptomate sit instituenda, brevibus nunc videndum. 1. *Paresis* per se non est periculosa, si cætera sunt paria, & critica transpositio facta fuit :

nam observarunt *Practici*, quamplurimos, qui post colicam in *Paresi* inciderunt, evasisse. 2. quò plures, & nobiliores in *Paresi* læduntur actiones, eò peior esse solet, ut: quando simul sensus & motus, læduntur. 3. *Paresis*, cum dolore conjuncta, vel in *Convulsionem* abit, vel in *Epilepsiã*, interdum etiam, ut observarunt quidam, in *Apoplexiam*. Arguitur enim naturam humorum copiã prorsus esse accumulata, hinc plerumq; talis est lethalis. 4. Membrum *Paresi* affectum, si extenuetur, malum. 5. *Paresis* recidivans in *Colicam*, mala, siquidem naturæ vires subinde franguntur. 6. *Paresis* senibus adveniens, difficulter curatur, major autem spes elucet in juvenib9, quorum vires adhuc sunt integræ. 7. *Paresis lethargum* producens, lethalis ferè, quando quidem morbus iste, vel symptoma pejus est priore, quia non solum principes lædit operationes, sed & nobilem partem, cerebrum puta, occupat. 8. *Paresis* cum *raucedine*, *tussi*, *deglutiendi difficultate*, *stridore*, & *pectoris angustia*, conjuncta, lethalis ut plurimum esse solet. Siquidem hoc ipso indicatur naturæ vires esse insigniter fractas, quæ adeò potentes amplius non sunt, ut ad artuum extrema peccans excrementum detrudere possint, sed ob debilitatem, ad ipsa præcordia. Deindè arguitur hoc ipso materiæ copia, vel malignitas, quæ non solum artus, sed & vitales partes misere affectat, quemadmodum *Platerus* in observationibus, habet, quod quidam in *Paresi* propter spirandi difficultatem, quæ illis, quo magis movebantur accrescebat, vel levisimum aëris motum pertimuerint, atq; de aura quadam, quæ illos suffocet, ad finem usque, conquesti fuerint. 9. *Paresis*, non solum crura, sed & alias partes com-

l. 4. d. Semiter-
rian p. 52,

plures occupans, quemadmodum *Spigelius* testatur, se vidisse, qui præter oculos, & labia Oris nullam partem movere poterant, illa omnino est pessima: rationes addere necesse non est.

5. Alia signa *prognostica* si occurrunt, huc trahi possunt, pleraq; tamen, & Medico maxime necessaria, hic apposita esse confidimus. Nunc ad *Curationem*.

CAP. III.

1. Quoniam in Medicina omnia *therapeuscos* gratia institui debent, merito etiam illud nobis dictitatum putamus. Siqui-

Siquidem inutiliter sane de morbis disputaremus, nisi etiam provideremus, qua ratione ægrotantibus levamen adferre possemus; verbis enim & assertionibus qui curasset, nulla vidit adhuc ætas. Idcirco *Pareseos* curationem nunc aggredimur, ea quidem brevitate, & præspicuitate, qua nobis pro ingenio nostri modulo concessum. Et quia *Pareseos* curatio a nullo ex professo pertractata, & aliàs difficilis est, eò facilius nobis pollicemur Lectoris iudicium, si fortè in ordinatione, vel applicatione Remediorum cespitaverimus, quo certius noverit obtentus nostri veritatem.

2. Antequam ad *indicationes* progredimur, ridenda omnino illorum est opinio, qui curationem *Paralyseos* vulgaris cum *Pareseos* cura confundunt. Ostendimus jam supra, quod eximia sit differentia inter hos affectus, etiam ratione *curationis*, quod potissimum hic attendendum. Nunc uberius, ne nostro arbitrio rem diremissæ videamur, ex *Cratone* illud explanabimus. Scribit autem ita. *Cum in hoc malo (Paresi) non ad principium nervorum, sed plerumq; ad musculos materia transmittatur atq; ii, ut post graves labores, langveant, consequens est, curationem in exstirpanda materia ex musculis, iisq; corroborandis, consistere, non neglectis illis, quæ intestinorum tonum restituunt.* Et in seqq.: *In Paresi malum oritur, ab intestinis, & impetu quodam ad membra externa defertur, ac musculorum tendines occupat, sæpè principium nervorum illeso.* Itaq; primùm intestinorum malam intemperiem corrigere studemus, deinde materiam, quæ in membris exterioribus jam actu est, discutere, & corroborare, id est, ad suam temperiem redigere.

3. Ex his patet unde petendæ sint *indicationes*, scilicet: primariò à causa, quæ removenda, deinde secundario ab urgentibus symptomatis: sic quando, *Paresi* vigente, dolor colicus, simul viget, & naturam nimis debilitat, *anodyna* vel *paregorica* addenda erunt. De *vitali* nihil addimus, siquidem quilibet Medicus ipse illam attendet.

4. *Hartmannus* in thesibus medico-chymicis Cura-disp. I. p. 19. curationem *Pareseos*, ita orditur: *non diù hic cunctandum. Morbus enim temporis successu fit incurabilis, & alioquin præceps est, intellige, si altiores jam egit radices in artubus, & natura huic viæ, quoad translationem, q. adsevit.*

5. De V. S. quia à *Paresi*, ut sic, non indicatur, nisi
adsint signa Plethoræ, hic prolixius non erimus. vide de hac con-
troverfia *Sennert.*

6. Rejicit *Hartmannus* hic purgantia, & quidem me-
rito, præsertim si hæc *περδασίς* fit per modum Criseos perfe-
ctæ, hæc enim ratione non solum naturæ motus impeditur,
& materia à peripheria ad Centrum, vel interiora revocatur,
verùm etiam vires ægri maximè dejiciuntur.

7. Potest tamen hic distinctio, quam ipse suppedi-
at, adh' beri duplex 1. quod tempus adhibendi cathartica. 2. quod
facultates eorum concernit: quoad prius, concedendum, crism
non esse turbendam, præsertim si perfectè & legitimè fiat h. e.
cum *εὐφορία* patientis; quoad posterius, verificabitur illud sal-
tem de cathartics, quæ cum vehementia operationes suas per-
agunt, à quibus medicus ipse in principio, & durante adhuc
Crisi, secundum prudentiam suam abstinerebit.

8. Ipse interea, ut materia subducatur, commendat
cottidie usq; dum effectus sequatur, *Extractum Esule senioris*,
vel non nimis recentis, eam ob causam forsàn, quia si nimis est
recens, non sine insigni molestia purgare creditur, propterea in
officinis vetus vel q. effæta quodammodo, seligitur.

9. Hic, antequam ad purgantia nos convertimus,
probabilius nobis videretur ob *colicas obstructions*, quæ prorsus
& totaliter in principio *Paresios* non erunt sublata, præmitte-
re *Clysteres* primò *emollientes*, & quidem frequenter iteratos,
nam unica vice malum istud non tollitur, si præsertim vehe-
mens fœcum exsiccatio præcessit, ut habet *Casp. Hoffm.*

10. *Clyisma* potest esse tale, & decoct. emollient unc. vj.
Electuar lenitiv unc. jß vitell. ovor. No. j. F. l a *Clyisma. S. Clyster*
auf 1. mahl. vel & herb. malv. branc. ursin. Mercurial. a M. j. rad. al-
theæ. lil alb a. unc. j sem anis. carv. a. drachm. jß. coq. in s. q. aq. com.
vel etiam vino malvatico, & si dolores adhuc colici adsunt. in sero
lactis. Colatur & unc. vj. add. ol. lil alb unc. jß. *Electuar hier. picr. c.*
agar. unc. j. sal dr. j. S. ut ante.

11. Controversiam hic movent nonnulli, de ol. an illa
debeant ingredi enemata? persuasum n. sibi habent, *Paresin*
potius ab ol: excitari, quàm cuarri. verum citra rationem, Olea
quia lubricant & laxant hocq; à Medico intenditur, potius erit

proh-

proficua. Galenus certè cum ex phlegmate vitreo intestina ipsi
 veluti terebra perforarentur, fatetur in illa sua colica injectio
 per Clysteres oleo rutaceo, magnam frigidissimæ pituitæ copiam
 excrevisse. Et, Cl. Jo. Langius his nobis adstipulatur: si Coloniam Epistol.
 flatu grosso, aut phlegmatis vitrei frigore cruciatu intolerabili, (quæ
 crebro extremorum Paralysis excipit) divellitur, si ol: subtilioris sub-
 stantia, quale est sabinum (in quo decocta fuerint carminativa additis
 phlegmagogis) exhibueris, patientes confestim ab hujus doloris carni-
 ficina liberabis. Idem fecit Epiphanius Ferdinandus & alii: propterea ^{histor. 25. p.}
 & nos rectè facturos speramus, si ol: enematis addiderimus, ^{109.}
 appropriata præsertim & destillata, quæ magis penetrant. E. g.
 R. herb. s. emollient. a. M. j. fl. Chamonill. rom. sambuc. a. p. j. fol.
 laur. M. s. rad. altheæ unc. j. s. coq. in s. q. aq. com. vel vin. Colatur R.
 unc. viij. add. Elect. d. bacc. laur. unc. j. vitell. ovor. No. j. sal. rut.
 dr. s. ol: stillat Laur. gutt. jv. S. Clyster R. decoct. emollient.
 unc. vij. in quibus coq; Croc metall. dr. j. dr. j. s. Colatur: frequenter ite-
 rata, ne quid in substantia de Croco. admisceatur liquori, add. mell
 Mercurial. unc. j. s. ol. stillat. Carv. Cumin. a. g. iv. M. f. Clyster, ante-
 quam applicetur, folle vel Syringa intestinorum latera, si opus,
 a fœcibus separanda, ut habet Hartmannus.

12. Fœcibus, vel alvo sic emollita, ad purgantia le-
 niora descendendum, qualia ex mente Hartmanni sunt medica-
 menta ex Extracto Esul. senioris, hoc variis exhiberi potest for-
 mulis: E. g. R. Extr. Esul. sen gr. XV. scammon Sulph. gr. iv. dissolv
 in s. q. aq. Carminativ. Dorncrell & sirup d. Cortic. aurantior. q. s.
 pro edulcorat & dilut. S. purgier traneßl. auff 1. mahl vel R. Ex-
 tract. Esul. scrup. j. dissolv in aq. Carminativ dr. iij. add. Essent. car-
 minativ dr. j. Sirup. conserv. cortic. aurant. dr. j. s. ut ante. R. Con-
 serv. fl. sambuc. dr. j. Extract. Esul. scrup. j. resin Gialap. gr. iv. c. E-
 leosacch. Zedoar. f. l. a. bolus. s. Purgier Zucker auff 1. mahl vel: R.
 Extract. Specif. Colic. Myns. scrup. s. Extract. Esul. gr. XV. c. s. q.
 sacch. f. l. a. bolus. S. ut ante. R. MP hier picr. c. agaric. scrup. j. Ex-
 tract. Esul. gr. xij. c. s. q. spir: vel Tinct. Tart. f. l. a. Pilul. s. Purgier-
 pillen auff 1. mahl. vel R. Extract. Zedoar. Esul a scrup. s. scam sulph.
 gr. v. c. s. q. essent anticol. f. l. a. Pilul. S. ut ante.

13. Petrus Palmarius in Paresi felici cum successu fre- ^{in cap. d. s. 16.}
 quenter probatum invenit sirupum antimonialem, qui ita paratur. ^{p. 116.}

R. vin

℞ *win alb unc vj. aq ros. unc. ij. pulv. alarbaz dr. j. Cinnam elect. dr. j. β. in fund per noctem, colentur per inclinationem add sacch albiss. unc. viij. f. l. a. sirup. hujus unc. β. vel unc. j. post juris pulli vel carnis bubula haustum propinabat Paresi affectis, quoties purgare volebat, sed, non nisi corpore & humore rite preparato. Eundem sirupum Crollius vocat sirupum vomitivum Hartmanni: in compositione non variat, sphaema tamen subesse puto in exemplari, quod jubet recipere Antimon. unc. vj. omisso vino, in quod debet infundi, quod B. L. nobiscum poterit notare.*

*Basilic Chy-
mic p. 32,*

14. *Quæritur a. an Antimonialia in Paresi proficiant, cum non solum pro violentis habeantur, sed etiam plerumq; vomitum moveant, qui per se in Paresi non indicatur. ℞. ad 1. de Antimon. id potissimum concedendum, quæ rite non sunt præparata, ut Schenkius & Cornarius de quodam circumforaneo adducunt exemplum, qui usu Antimon. alicui Paresin potius conciliavit. Poterunt itaq; in defectu aliorum interdum, sed caute adhiberi: si verò tutè curare velis, poteris hæc ommittere. 2. Emetica in Colica exhibet Epiphan. Eerdinand, & Job. Colle, sed non impromiscuè: Ferdinandus enim hac hypothese nititur, materiam, è capite ventriculo, & hinc intestinis communicari: quatenus itaq; humorum colluvie aggravatur ventriculus, non improbabiler etiam in Colica proderunt vomitoria, ut & in Paresi, quæ à continuo affluxu dependet.*

*Coll. Cosmit.
medic. p. 320.*

15. *De hujus sirupi effectu, hæc annotat adhuc Crollius, quod diversas edat operationes, plerumq; verò purget per superiora, nonnunquam etiam succedentibus, vel solis etiam alvi secessibus, aliquando & sudoribus simul, vel solum prodeuntibus. Medicus hic prudens si solum alvum subducere velit, loco vitri Antimon. posset substituere, Antimon. purg. per inferior, vel fl. Antimon. per infer. purg. item si diaphoresi solum prodesse cupiat, Antimon. diaphoreticum, meo judicio, non inutiliter substitueretur.*

16. *Purgantibus pluribus opus esse non reor, quando quidem natura amplius debilitanda non est. Si tamen quis vulgaria ex succ. ros. sirup. viol. solutiv. diaser. manna, rhabarb, diaprun. solutiv. pulp. tamarind vel etiam hier picr. quam Sennertus mire comendat ob virtutè intestinorum sordes abstergendi, cum re-*

*loc allegat.
p. 548.*

frigeran-

frigerantibus & humectantibus, ne caliditate sua noceat, mistā, adhibere velit, illi libertim esto. *Hartmannus* addit, in *Paresi* locum etiam habere illa cathartica, quæ usurpavit in *Paralyfi* Nota etiam, si in forma pulveris lubet adsumere purgantia, non inutiliter ad misceri ossa hna. præp: laxant n. & nervos confortant.

17. Interea si istiusmodi *μετάστασις* adhuc durat, & nullum levamen patiens exinde percipit, ne natura hisce viis advescat, & intermediis quasi debilitet, *Clysteres acres* & *revellentes*, non sine fructu adhiberi poterunt, ut *Hartmannus* & *Epiphhan.*, *Ferdinand.* hoc egregie testantur. Dicis: antea dicebas, a purgantium vehementiorum usu esse abstinendum, ne fiat revulsio, cur a. nunc revellis? & aliud est materiam artuum extremitatibus actu jam inhaerentem, revellere, aliud autem, illam quæ in motu ad illas est; illa omnino *catharticis drasticis* fieri potest, ut *Practici* docent, sed maximo cum damno Clientum; hac autem revulsione prospicimus & *natura*, & *parti affecta* de levamine. *Natura* quidem, ne, ut dixi, viis extraordinariis, & ut *Ferdinandus* loquitur, *monstris* advescat; *parti affecta*, ne magis infirmetur, & humorum saburra aggravetur. E. g. & *rad. Pyrethr.* unc. β . *Imperator.* dr. iij. *fol. Laur. salv. origan.* a. M. j. fl. cent. min. p. iij. *ive arthet. stœchad arab.* a p. ij. *sem cartham* dr. iij *pulp. colocynthid. in petia ligat.* dr. j. β . *coq. in s. q. aq. com.* Colatur. & *unc. viij. add. mell. anthosat.* dr. vj. *Elect. hier. pier c. agaric.* unc. j. *Extract Castor. scrup. β . fell. Taur. inspiss.* dr. j. *vitell. ovorum.* No. j. *F. l. a. Clysmata.* possunt etiam ol. *Clysmatis* addi, ut *supra* probavimus. *Exempla* vide in *Hartmann.* & *Mynsicht.*

18. *Schenk* & *Crato*, pro ulteriore materiae discussione, hoc illinit umbilicum. & *Gumm. Galb. Elem. heder. ol. Laur. vel bacc Laur. a. p. aq. destillentur seorsim,* primo aq. deinde ol. clarum, tandem ol. crassum velut melligo, prodibit, quod est optimum, hoc quotidie bis vel ter de die regio umbilicalis inungatur.

19. Interim, ut ventriculus & intestina corroborentur, præstat præscribere *Spir. Tart.* de quo sumat æger coditie gutt 20. 25. dum adhuc est jejunos, ut & decoctum *Ligni Sassafr.* quod parilem habet *ἐνέγγεσται*. Superat autem decoctum, *Essentia Sassafr.* cum *spir: proprio* præparata.

20. His per actis, tertio quoq; die *Sudorifera* propinan. *Vid. observ.*
D da, præp. 108.

da, pro discussione materiae. Schenkius qui magno suo honore & felici successu, super aliquot millia florenorum, apud Bohemos & Moravos hac cura lucratus est, præfert hic omnibus hidroticis, hidroticum D. Ambrosii, de quo Cochl. i. sumendū. Est a decoct. Milii, ut in *Dispens. Horstii* legere est. decoctio hæc fit c. aq. fumar, sed præstaret loco hujus, sumere aq. enul, hæc enim in *Paresi* est singulare arcanum. Ejusdem efficaciam censetur a-
p. 235.
obs. 4. Decad. 3. p. 231. pozema quod Philip. Hechstetterus ita præparat: & rad. enul. camp. unc. ij. fœnicul. unc. j. ß. coq. in vin. quartar. s. h. e. lib. 2½ medicinal. infusa per diem naturalem coq. ad cas. 3tia. part. divide Colaturam in 4. p. aq. quæ, & si adhuc alia occurrunt, uti non sunt contemnenda, ita longe habemus alia, quæ cum his efficaciam decertant.

21. Sunt a. hæc: & aq. Primul ver. unc. j. Specif. cephal. scrup. j. ß Sirup d. beton dr. iij. essn. arthet. vel enul. dr. j. S. Schweiß Tranc auff i. mahl. & aq. salv. unc. j. ß. Sirup. d. stœchad. arab. dr. iij. essn. lign. chamedr. a. dr. j. S. ut ante. & aq. Chamedr. unc. j. bezgart. Solar. gr. vj. mistur simpl. scrup. j. essn. salv. dr. j. S. & aq. primul. ver. unc. j. Antimon. diaphoret scrup. j. bezoard. Solar. gr. iv. sirup. primul. ver. dr. iij. S. & aq. enul. unc. j. ß. Cinnam destillat dr. j. Stann. cap. d. paral. p. 213. sudorif. spir. Tart. a. scrup. ß. M. F. Potio. hanc P. J. Faber miris extol- lit modis.

22. Eadem ratione ex sirupo *Palmarii* emetico, possemus reddere diaphoreticum, ut jam supra innuimus, si loco vitr. Antimon. diaphoretic Antimon. & loco vin alb. vinum enulatum substitueretur. Locum etiam hic potest habere tinctura ex
pharmacop. l. 3. p. 451. Prax. Chi- miatr. p. 87. Sulph. Antimon. quam Schröderus egregie docet præparare.

22. Hartmann commendat Practicis Cinnab. Antimon. in destillat butyr, Antimon. in collo retortæ collect. & rectificat. Ex hac præp. seq hidortic. & Cinnab Antimon. ter per. se sublimat p. j. Magist. Corall. Perlar a. p. ß. Off. microcosm. præp. p. ij. M. F. pulv. cujus dr. ß. in aq. sudorifera propinetur, & miros experieris effectus.

24. Pulveres seqq. non sine fructu etiam adhiberi poterunt. E.g. & Off. microcosm. præp. dr. j. Cinnab. Antimon. scrup. j. M. D. in 2. p. aq. S. Schweiß Pulver auff i. mahl & Mag. Cranbum. scrup. j. Cinnab nativ. gr. vj. S. auff i. mahl & Off. Microcosm. præp. scrup. j.

scrup. j. Cinnab. Antimon. gr. x. S. auff 1. mahl. R. Magist. Spin. viper. scrup. β. Cinnab. Antimon. gr. vj. Bezoard lunar gr. iij. S. auff 1. mahl.

25. Possunt etiam ex his pro patientis palato fieri Boli. *E.g. R. Conserv. fl. salu dr. j. Antimon. diaphoret scrup. β. Cinnab. Antimon. gr. vij. c. Eleosacch. majoran. f. l. a. bolus. S. Schweißtreibender Zucker auff 1. mahl vel R. Extract. Castor. gr. x. bezoard. lunar gr. vj. Magist spin vip. gr. jv. c. s. q. sacch. F. l. a. bolg. S. ut. ante.*

26. Sudore sic provocato, membra *παρεμύενα* leniter fricari possunt *Essentia fol. Nicot. virid. c. vin. malvatic. sola infusione extracta*, qua de vid *Hartmann.* p. 94.

27. Abhinc artus debent corroborari, ut iterum ad pristinum redigantur tonum, quod sequentibus præstatur. *R. Conserv. fl. primul. ver unc. β. fl. enul. unc. j. salu. fl. anth. a. dr. iij. Specier diamb. diamosch. dulc. a. dr. jβ. spir primul. ver. dr. j. c. s. q. si-
rup. d. stechad arab. F. l. a. Electuarium de quo patiens bis de die aliquid deglutiat.*

28. Addunt Practici Electuariis etiam *Cerebrum leporis*; ridet hoc *Holmontius* his verbis: *Pariter commendant, inquit, in Pleur fuerent. Paralyti Cerebrum cuniculi & leporis, quod veloces sint cursu, vir p. 321. gam cervi pro frigidis, eo, quod fera salacissima. An ergo si rusticus manum fidicinis coctam comederet, forte testudinem pulsitet artificiose? verum, non video, quomodo, hoc exemplum de fidicine huc quadret. Non enim credo autores solum Cerebrum istud laudasse, quia animal est velox, hanc enim rationem riderem ipse; sed potius quia peculiari proprietate Cerebro conducit & partibus nervosis.*

29. *Hartmannus* has laudat rotulas: *R. lil. convall. fl. lavenderul a. unc. iv. sacch alb. unc. v. coq. ad perfectionem, inde remotis ab igne add. ol: succin: rectificat scrup. j. extract salu dr. ij. aut ol. dr. β. agitentur pistillo & f. l. a. rotula. Neq; sequentes erunt incommodæ: R. Specier diamb. diamosch dulc a dr. j. β. magist. Cran human dr. j. c. s. q. sacch. in aq. Enul. solut. f. l. a. rotula vel. R. Cinnab. Antimon. dr β. Extract Elen. salu. a scrup. β. ol. stil-
atit succin. spic. a. gutt. vj. c. s. q. sacch. in aq. appropr solut f. l. a. rotula.*

30. *Morsule*

30. *Morsuli* tales etiam miræ censentur efficacix. E. g. & *Conserv. flor. Enul. unc. j. fl. lavendul. Salv. a. unc. j. β. Magist. Cran. haman succin. præp. a dr. j. β. c. f. q. sacch. in aq. salv. solut. f. l. a. Morsuli ad sperg. ol. still. succin. vel salv. S. Gliederstärckende Morsellen.*

Potest. medi-
s. m. p. 384.

31. *Helmontius* lacte *Perlarum spermatico*, ceu vocat, plurimos *Paresi* affectos, restituit, quale adhibeat menstruum, ipse sub obscure innuit. Est autem hoc lac *Spermaticum* nihil aliud quam liquor *Perlarum*, cujus præp. vid. apud *Hartmann & Mynf.* In formul. sic potest usurpari. & *Sirup stœchad arab unc. j. Lact Sperm. Perl. scrup. β. Essn. enula camp. dr. j. S. Stärckendes GliederSafft auff 1. mahl.*

loc. allegat.

32. Adhibent etiam partibus resolutis interdum *Cucurbitulas* absque sacificatione, ut spiritus ad partes torpentes attrahantur ut & *rubificantia*, sed vid. hac de re *Sennert.*

33. Frictiones lenes etiam non inutiles, ut sic iterum ad naturale robur perveniant membra resoluta, quo facto ad topica accedendum, præprimis ad inunctiones. Inter reliqua præstat *Galbanetum Paracelsi* cujus præparatio est talismodi. & *Galb. lib. j. β. inde in Cucurbitam satis amplam, eiq. affunde spir. Terebinth. lib. j. digerantur in loco calido per dies 8. postea per alembicum ex cucurbita non nimis alta, destillentur ad siccitatem: quod si odoratus, aut præstantis desideras rectificæ nucem moschat, vel canel-la. Potest etiam h. m. & forsan melius præparari & *Gamb. Galb. lib. β. Heder. unc. iij. trita seorsim, misce atq. destilla per retort. in aren. destillato adde Terebinth. lib. j. ol. succin. laur. a. unc. j. destilla denuò, & sic efficacissimum habebis Balsamum, omnibus partibus, paresi affectis, præstantissimum, quo etiam præservationis causa, ipsa spina potest in ungui, quando malum ulterius serpere animadvertitur.**

35. Inunctione factâ, applica seq. cataplasma: & *rad. Symphyt. maj. q. p. coq. in aq. comm. melius in aq. iuvæ arthet. ad consist. pultis, quam applica: circa vesperam frictiones cum linteo in Spir. Tart. intincto, repetantur, donec effectus appareat. Cur præcise *Hartmannus rad. Symphyt.* adhibere jubeat; rationem aliam habeo nullam, quam istam, quia emollit & discutit, atque ob mucilaginem, qua gaudet, etiam dolores, qui *Paresin* non raro comitantur, mitigat.*

35. Maxi-

25. Maximi quoque momenti in hoc symptomate sunt *Balnea*, s: *naturalia*, s: *artificialia*, ex herbis appr. & mineralium adjectione, præmissis tamen universalibus, hac enim ratione, tu *Faber* ait, reliquæ excrementi illius paralytici in partibus remissis per sudores ex balneis thermalibus excitatos, in *cap. d. Par. 1. p. 2. 4.* auras dissipantur. Ut a. major virtus & ἐνέργεια sequatur, præmittunt ante balnei ingressum Potionem sudoriferam ex *stann.* sudorifero, ut ex supra positis haberi potest.

36. Verno tempore magis præsunt *therma*, in quibus etiam delectus habendus: hic enim solum utiles sunt *sulphurea*, *nitrosa*, & non multi *aluminis participes* & ob id etiam *Sulph. nitr.* & *alumen*. non inutiliter admiscuntur artificialibus. quoniam vero cuilibet regioni propriæ sunt *therma*, hic de illis nihil amplius addemus, sed cujuslibet medici, ibi facientis medicinam iudicio permittimus.

37. *Balnea artificialia* talia possunt præparari, secundum methodum *Hartmanni* ex *Lacte*, *ol. solo*, vel ex *lacte c. aq. mixto*, vel *hydroleo*. Insigniter enim ubi dolores *Paresin* committantur, leniunt, præsertim si aliquid addatur d. *ol. appropri.* *Grembs* ex mente *Helmontii*, ait, *Balnea in Paresi esse periculosa*, p. 273. quia facile liquant, & novam causam occasionalis fluxionem inducunt. Sed hic cautelæ Practicorum observandæ, & sic obiectio non de omnibus simpliciter, verificabitur. Propterea ratione *qualitatis* sint temperata, ratione *usus vel durationis*, moderata: tunc enim solum si excessus in his vel aliis, ut *indiatæ*, contingit, obtinebit. Tandem consilium *Sale* optime huc quadrat, ut in p. 560. omnibus *Paresi* affectis intueamur constitutionem & spem *Convalescentiæ*, hæc, & alia, si absunt, nihil omnino, aut parùm, hisce remediis, quamvis aliàs utilibus, proficies.

38. *Artificiale* poterit esse seq. & herb. *Paralys. ivæ arthet.* *fol. rorism. salv. lavend. a. M. ij. st. stæchad. arab. Cent. min. anthos, chamomill. rom a. M. jß. Bacc. Laur. M. ij. Junip. M. iij. rad. pyrethr. urtic. a. unc. iij. Sulph. viv. lib. ij. nitr. lib. jß. incisa D. S.* *Species zum Bade* His vel aliis *Paralytici* prius lavari possunt, postea, quia pori, post balneum, sunt aperti, inunctiones fiant vel linimentis, vel unguentis, aut Bals. appr. Notandum a. hic, 1. quando *ol. calida* & sicca, præsertim destillata adhiben-

tur, semper aliquid pingvium adhiberi debere, ne materia nervis impacta, exsiccetur & indurescat. 2. ante novam inunctionem sordes quæ de priore relictæ sunt, abluendæ, panno decocto appropri. imbuto, ut sic opus eò melius succedat.

39. Formulæ possunt esse tales: *R. Axung. Tax. ard. a. unc. j. Gallin. unc. ij. lumbric terrestr. vin lotor unc. j. ß. ol. stillatit. Salv. Laur. rorismarin. a. g. iij. M. pro Linimento.* vel *R. ol. Chamomill. rom. lumbric terrestr. a. unc. j. vulpin dr. iij. specier diacastor. Chamedr. rorismar. a. dr. ß. ceræ & pingved. tax. q. s. pro Ungv :*

p. 124.

40. Singulari quoq; efficacia commendabile est Bals. Paralyt. *P. J. Fabr. R. Essn. rorismar. Salv. a. dr. j. Essn. prim. ver. Chamedr. Spir. vini. alcoholizat. a. dr. ij. butyri recent. unc. ij. nitr pulverizat dr. ij. misceantur omnia, & f. l. a Bals. d. quo membrum frigide inungatur, aliàs, si calide applicatur, evanida redditur virtus harum Essentiarum.*

41. Crato in usu habuit Ungv. d. sapon. quod ita fit: *R. Sapon venet. lib. ß. ol. bacc. Junip unc. j. pulv sem. eruc. dr. vi. M. Ungv. vel R. Sapon. venet. mucilagr. althææ a. unc. j. sem. eruc. contus dr. ij. ol. bacc. junip. unc. ß. M. pro Linimento.*

42. Hac occasione non immeritò posset aliquis dubitare de Unguentorum & inunctionum efficacia, tantum enim abest, ut influxa materia horum virtute ex hauriatur, ut potius illa, ratione prohibitæ transpirationis, magis pertinax & spissa reddatur: huic *R.* partim ex §. 38. partim addendo, quod loco Unguentorum, morbo perseverante, interdum *Fotus* ex specific. præferendi, cum frictionibus leviorib. Si autem alicui nimia humiditas ex fomentatione noxia videatur, iterum propinet sudorifera.

43. Fomentum tale parabit Medicus: *R. herb. Origan. salv. rorismar. iuvæ arthetic. a. M. ij. st. cent. min. stæchad arab. enul. prim. veris. a. p. j. rad. urtic. unc. j. ß. bacc. Laur. M. j. coq. in aq. com. vel. elen. in fin. add. spir. Tart. essen. elen. chamæpit. a. scrup. ß. foveantur, hęc partes linteo duplicato. vel hæc species incisæ adsparg. Spir. Tart. infund in aq. enul. Colaturâ foveatur pars affecta. Possunt etiam sacculi exinde parari.*

44. *Angelus Sala* inungit partes Unguento *Bezoartico,*
& totum

& totum corpus linteolo calido involvit, deinde mantili ligneo peculiari industria ad sudores proliciendos facto, includit, ut linteolis undiq; subductis, pauxilloque asæ dulcis, aut ligno aloës, in ignitario subtus pedes accenso, sudor, quantum opus est, provocetur. Peculiaris quoque vasis mentionem facit *Schenk* in, suis observat. in quo resolutæ partes vaporem excipiendo item reficiuntur. *Ungv. Bezoard. descript. vid in Angel. Sal.*

p. 529.

45. Sunt & aliæ *Inunctionum, Fotuum, Balneorum, Aq. ad extra, Emplastrorum*, apud practicos formulæ; verum, ne præter spem excrescat thesium nostrarum numerus, studio illas hic omittimus, ea spe freti, fore, ut B. L. hisce selectissimis sit contentus.

46. Pauca adhuc restant de *dieta* observanda in qua, si vel levisimus error committatur, morbus iste, vel Symptoma redditur de die in diem pertinacius. Consistit autem in recto regimine rerum 6. non naturalium, potissimum 1. in *aire* hic si frigidus est, & propterea nervoso generi peculiariter infensus, vitandus, vel arte corrigendus. *Cibo* qualis hic conveniat, cuilibet potest esse notum, scil: *εὐπεπτῶς*, & qui medio-criter calefaciendi & attenuandi vim habet. Brodia herbis appropriatis decoquantur, & patienti sæpius exhibeantur. Eandem ob rationem carnes *salv. rosmar, majoran. fatu-reja*, aliisq; antiparalyticis possunt condiri. Carne viperarum vel farina harum jure subacta, capones & gallinæ saginari debent, nam adeps viperinus inter nervina à practicis solet referri. Eadem ratione panes quoq; condiantur sem *Carv. fenicul. anis. melanth* & condimenti loco in mensa usurpetur *Sinap. Cappar. Sal. theriacal. Sal. d. viper. beton Salv Junip Cinnamom. Caryophyll.* 3. *Potui.* Disceptant hic Practici de *Vino*, an illud *Paresi* affectis sit conducibile? Resolvi potest hæc quæstio tam ex curatione *Paralyseos*, quam *Colicæ affectionis*, neque in illa simplex & generosum, præferrim in principio, conceditur, neque in hac, nisi interdum, quando à flatibus dependet, quia de re vid. *Grembs* qui hoc problema exacte dilucidavit. Nos, sequentes hic mentem *Sale*, vinum simplex, & generosum etiam p. 201.

pro-

proscribimus, dico *simplex & generosum*: oligophorum enim & medicatum non excludimus. Laudatur potissimum *vinum enulatum*, quod paratur ex rad & musto, vel possunt etiam rad. & fl. Enul. in vinum tenue in fundi, & inde cum aliis fieri nodulus. Essentia elenii, hic etiam obtinebit

Comp. Med.
Pract p. 188

47. *Joh. Andr. Schmitz*, commendat fl. *Calend. lavend. gran. & rasur lign. Juniper in vin. infus per mens. unum vel alterum, ad Cochl. i. vel 1½. cottidie usurpatum*. Sic enim si vinum est tenue, virtus herbarum extracta (præsertim si *Spir. Tart.* vel *Essentia Elenii* juvetur) prævalet, & moderato calore membris benefacit. Cæteroquin bibat, frequenter *hydromel, cum fol. salv. rorism. majoran. chamedr. nuc. moschat. Zingib. Cardamom. gran. Paradis. pipere, paratum*. Eadem fere ingredientia habet *vinum Hippocratic Sennerti*: sed vereor, ne hæc calida *Paresi* affectis sint nociva, propterea corrigi possunt aliis admittis. Admitti quoque potest *Cerevisia* secundaria, præprimis, si aliquid de *Spir. Tart. vel Essn. arthet* instilletur, aut etiam *Elen.* Idem præstat etiam *decoctum sassaf.* Reliqua de motu corporis vel animi, hic omittuntur, quilibet enim medicorum hæc poterit observare, hoc denique addimus, ut in declinatione, membra mediocriter patiens iterum exerceat, ut pedetentim iterum avescant.

loc. allegat.
p. 546.

Et tantum de *Paresi*, quatenus habetur *species Paralyseos ex Colica*. Plura hac vice, addere nolumus, atq; vix possuimus; propterea repetimus petitus nostri verba in superioribus comprehensa, velit *B. L.* si alicui erravimus, humaniter omnia corrigere & interea, hæc boni consulere. *Tibi vero, S. S.*

Trias, pro laboribus hise, & honoribus concessis, immortales sint gratie destinatae!
F I N I S.